

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Pax r  
cum fonte primo

Pax que de ore predicatoris  
offertur, aut requiescit in domo, si in ea  
fuerit filius pacis, aut ad eum  
predicatorem reuertitur

tanquam fructus.

Rabanus super illud Matthei X.: Pax  
uestra ad uos reuertetur.

Pax enim, quae ab ore praedicatoris  
offertur, aut requiescit in domo, si in ea  
fuerit filius pacis, aut ad eundem  
praedicatorem reuertitur, quia aut erit  
quisque praedestinatus ad uitam, et  
caeleste uerbum sequitur quod audit; aut  
si nullus audire uoluerit, ipse praedicator  
sine fructu non erit, quia ad eum pax  
reuertitur, quoniam ei a Domino pro  
labore sui operis recompensatur.

Rabanus Maurus, *Expositio in*  
*Mattheum*, 3 (CCCM 174, B. Löfstedt  
ed., p.300, ll.88-93).